Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uersum eos omnem multitudinem
ad ostium tabernaculi. apparuit cunc-
tis gloria domini. Locutus dominus
ad moysen et aaron ait. Separamini
de medio congregationis huius ut eos
repente disperdam. Qui ceciderunt proni in
faciem atque dixerunt. Fortissime deus spiri-
tuum uniuerse carnis. num uno pecca-
te contra omnes ira tua deseuiet? Et
ait dominus ad moysen. Precipe uni-
uerso populo ut separetur a tabernaculis
chore et dathan et abyron. Surrexitque
moyses et abiit ad dathan et abiron.
et sequentibus eum senioribus israel dixit
ad turbam. Recedite a tabernaculis
hominum impiorum et nolite tangere
que ad eos pertinent. ne inuoluamini
peccatis eorum. Cumque recessissent a ten-
toriis eorum per circuitum dathan et ab-
yron egressi stabant in introitu pa-
pilionum suorum cum uxoribus et li-
beris omnique frequentia. Et ait mo-
yses. In hoc scietis quod dominus mise-
rit me ut facerem uniuersa que cer-
nitis. et non ex proprio corde ea protulerim.
Si consueta hominum morte inte-
rierint et uisitauerit eos plaga qua et
ceteri uisitari solent non misit me
dominus. Sin autem nouam rem fe-
cerit dominus ita ut aperiens terra
os suum deglutiat eos et omnia que
ad illos pertinent descenderintque in in-
fernum uiuentes. scietis quod blasphe-
mauerint dominum. Confestim igitur
ut cessauit loqui dirupta est terra sub
pedibus eorum et aperiens os suum deuo-
rauit illos cum tabernaculis suis. et
uniuersa substantia eorum descende-
runtque uiui in infernum operti humo
et perierunt de medio multitudi-
nis. At uero omnis israel qui stabat
per gyrum fugit ad clamorem pereuntium
dicens. ne forte et nos terra deglutiat.
Sed et ignis egressus a domino interfecit
ducentos .l. uiros qui offerebant incen-
sum. Locutusque est dominus ad mo-
ysen dicens. Precipe eleazaro filio a-
aron sacerdotis ut tollat thuribula
que iacent in incendio et ignem huc il-
lucque dispergat. quoniam sanctificata sunt in
mortibus peccatorum. producatque ea in lam-
minas et affigat altari. eo quod oblatum
sit in eis incensum domino et sanctifi-
cata sunt. ut cernant ea pro signo et mo-
numento filii israel. Tulit ergo elea-
zar sacerdos thuribula enea. in quibus
obtulerant hii quos incendium de-
uorauit. et produxit ea in lamminas
affigens altari. ut haberent postea filii
israel quibus commonerentur ne quis
accedat alienigena et qui non est de
semine aaron ad offerendum incen-
sum domino ne patiatur sicut passus
est chore et omnis congregatio eius.
Loquente autem domino ad moysen.
Murmurauit omnis multitudo filiorum
israel sequenti die contra moysen et aaron
dicens. Vos interfecistis populum domini.
Cumque oriretur sedicio et tumultus incre-
sceret moyses et aaron fugerunt ad ta-
bernaculum federis. Quod postquam
ingressi sunt operuit nubes tabernaculum
et apparuit gloria domini. Dixitque dominus
ad moysen. Recedite de medio huius
multitudinis. etiam nunc delebo eos.
Cumque iacerent in terra dixit moy-
ses ad aaron. Tolle thuribulum et
hausto igne de altari mitte incensum
desuper. pergens cito ad populum ut roges
pro eis. Iam enim egressa est ira a
domino et plaga deseuit. Quod cum fe-
cisset aaron et cucurrisset ad mediam